Quelle: https://manuscripta.at/?ID=5026
Copyright: CC BY 4.0 <img
src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png">

in qua erat: misit a cesse cesarea
ad me. Dixit autem spiritus michi
vt irem cum illis michael septem
venerunt aut mecum et ego fratres
isti et ingressi sumus in
domum viri. Narraverunt aut no
bis quomodo vidisset angelum in
domo sua stantem. et dicentem
sibi: mitte in ioppen et accersi
simonem qui cognominatur petrus
qui loquetur tibi verba in quibus
salvus eris tu et universa domus
tua. Cum autem cepisse loqui recidit
spiritus sanctus super eos sicut et
in nos initio. Recordatus sum
verbi domini: sicut dicebat.
Johannes quidem baptizavit aqua
vos aut baptizabimini spiritu sancto
Si ergo eandem gratiam dedit il
li deus sicut et nobis: qui credi
mus in dominum ihum xpm: ego qs
eram qui possem prohibere deum
hiis auditis tacuerunt et glori
ficaverunt deum dicentes. Ergo et
gentibus penitentiam dedit deus
ad vitam Et illi quidem qui disper
si fuerant a tribulatione q̃ facta
fuerat sub stephano pervenerunt usq̃ fenice et cipri
et antiochiam. nemini loquen
tes verbum nisi solis iudeis
erant autem quidam ex eis viri cy
prii et cyrenei qui cum introis
sent antiochiam loquebantur ad
grecos annunciantes dominum ihum
et erat manus domini cum eis: multi
tudoque numerus credentium con
versus est ad dominum. Pervenit
aut sermo ad aures ecclesie q̃
erat iherosolimis super istis:
et miserunt barnabam usq̃ ad
antiochiam Qui cum pervenisset et
vidisset gratiam dei gavisus e
et hortabat omnes in proposito cor
dis permanere in domino: quia erat
vir bonus et plenus spiritu sancto
et fide. et apposita est multa tur
ba domino. Profectus est autem thar
sum ut quereret saulum quem cum
invenisset perduxit antiochiam
et annum totum conversati sunt ibi
in ecclesia et docuerunt turbam multam ita ut cognominarentur primum
antiochie discipuli christiani In
his autem diebus supervenerunt a hie
rosolimis prophete antiochiam: et
surgens unus ex eis nomine aga
bus significabat per spiritum famem
magnam futuram in universo or
be terrarum que facta est sub
claudio. Discipuli autem prout
quis habebat proposuerunt in mis
terium mittere habitantibus in iudea
fratribus. qd et fecerunt mittentes ad seniores per manus
barnabe et sauli

CAPUT XII

Eodem autem tpe misit he
rodes rex manus: vt
affligeret quosdam de eccle
sia. Occidit autem iacobum fratrem io
hannis gladio: videns autem quod
placeret iudeis apposuit apprehen
dere et petrum. Erant autem dies azi
morum quem cum apprehendisset mi
sit in carcerem tradens eum quatu
or quaternionibus militum ad cus
todiendum eum: volens post pasca
producere eum populo Et petrus qui
dem servabatur in carcere: oratio
autem fiebat sine intermissione ab
ecclesia ad deum pro eo Cum autem pro
ducturus eum esset herodes in
ista nocte erat petrus dormiens
inter duos milites vinctus catte
nis duabus: et custodes ante
hostium custodiebant carcerem
Et ecce angelus domini astitit: et
lumen refulsit in habitaculo: p